

TABELLA TEMPORARIA

Anno Dom.	Circ. solaris	Litt. Dom.	Aur. num.	Epactæ	Septuages.	Dies Cinerum	Pascha
2008	1	f e	14	XXII	20 Ian.	6 Febr.	23 Mart.
2009	2	d	15	III	8 Febr.	25 Febr.	12 Apr.
2010	3	c	16	XIV	31 Ian.	17 Febr.	4 Apr.
2011	4	b	17	25	20 Febr.	9 Mart.	24 Apr.
2012	5	A g	18	VI	5 Febr.	22 Febr.	8 Apr.
2013	6	f	19	XVII	27 Ian.	13 Febr.	31 Mart.
2014	7	e	1				
2015	8	d	2				
2016	9	c b	3				
2017	10	A	4				
2018	11	g	5				
2019	12	f	6				
2020	13	e d	7				
2021	14	c	8				
2022	15	b	9				
2023	16	A	10				
2024	17	g f	11				
2025	18	e	12				
2026	19	d	13				
2027	20	c	14				
2028	21	b A	15				
2029	22	g	16				
2030	23	f	17				
2031	24	e	18				
2032	25	d c	19				
2033	26	b	1				
2034	27	A	2				
2035	28	g	3				
2036	1	f e	4				
2037	2	d	5				
2038	3	c	6	XXIV	21 Febr.	10 Mart.	23 Apr.
2039	4	b	7	V	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.
2040	5	A g	8	XVI	29 Ian.	15 Febr.	1 Apr.
2041	6	f	9	XXVII	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.
2042	7	e	10	VIII	2 Febr.	19 Febr.	6 Apr.
2043	8	d	11	XIX	25 Ian.	11 Febr.	29 Mart.
2044	9	c b	12	*	14 Febr.	2 Mart.	17 Apr.
2045	10	A	13	XI	5 Febr.	22 Febr.	9 Apr.
2046	11	g	14	XXII	21 Ian.	7 Febr.	25 Mart.
2047	12	f	15	III	10 Febr.	27 Febr.	14 Apr.

nova & vetera - Tomus prior

FESTORUM MOBILIUM

Anno Dom.	Ascensio	Pentec.	Corpus Christi	Dom p. Pent	Dominica I. Adv.	Litt. Mart.	Ind.
2008	1 Maii	11 Maii	22 Maii	28	30 Nov.	C	1
2009	21 Maii	31 Maii	11 Iunii	25	29 Nov.	c	2
2010	13 Maii	23 Maii	3 Iunii	26	28 Nov.	p	3
2011	2 Iunii	12 Iunii	23 Iunii	23	27 Nov.	F	4
2012	17 Maii	27 Maii	7 Iunii	26	2 Dec.	f	5
2013	9 Maii	19 Maii	30 Maii	27	1 Dec.	s	6
					Nov.	N	7
					Nov.	k	8
					Nov.	B	9
					Dec.	b	10
					Dec.	n	11
					Dec.	E	12
					Nov.	e	13
					Nov.	r	14
					Nov.	H	15
					Dec.	h	1
					Dec.	u	2
					Nov.	P	3
					Nov.	l	4
					Nov.	C	5
					Dec.	c	6
					Dec.	p	7
					Dec.	F	8
					Nov.	f	9
					Nov.	s	10
					Nov.	N	11
					Dec.	k	12
					Dec.	B	13
					Nov.	b	14
					Nov.	n	15
					Nov.	E	1
2039	19 Maii	29 Maii	9 Iunii	25	27 Nov.	e	2
2040	10 Maii	20 Maii	31 Maii	27	2 Dec.	r	3
2041	30 Maii	9 Iunii	20 Iunii	24	1 Dec.	H	4
2042	15 Maii	25 Maii	5 Iunii	26	30 Nov.	h	5
2043	7 Maii	17 Maii	28 Maii	27	29 Nov.	u	6
2044	26 Maii	5 Iunii	16 Iunii	24	27 Nov.	P	7
2045	18 Maii	28 Maii	8 Iunii	26	3 Dec.	l	8
2046	3 Maii	13 Maii	24 Maii	28	2 Dec.	C	9
2047	23 Maii	2 Iunii	13 Iunii	25	1 Dec.	c	10

Et dederunt in escam meam fel: * et in siti mea potaverunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in láqueum, * et in retributiónes, et in scándalum.

Obscuréntur óculi eorum ne vídeant: * et dorsum eorum semper incurva.

Effúnde super eos iram tuam: * et furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta: * et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quóniam quem tu percussisti, persecúti sunt: * et super dolórem vúlnerum meorum addiderunt.

Appóne iniquitatem super iniquitatem eorum: * et non intrent in iustitiam tuam.

Deleántur de libro vivéntium: * et cum iustis non scribántur.

Ego sum pauper et dolens: * salus tua, Deus, suscepit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico: * et magnificábo eum in laude:

Et placébit Deo super vitulum novéllum: * córnua producéntem et úngulas.

Videant páuperes et lætén-

tur: * quærite Deum, et vivam ánima vestra.

Quóniam exaudivit páuperes Dóminus: * et vinctos suos non despéxit.

Laudent illum cæli et terra, * mare, et ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam fáciat Sion: * et ædificábuntur civitátes Iuda.

Et inhabitábunt ibi, * et hereditate acquirant eam.

Et semen servórum eius possidébit eam, * et qui diligit nomen eius, habitábunt in ea. †

Ant. Zelus domus tuæ comédit me, et oppróbria exprobrántium tibi ceciderunt super me.

Ant. 2 Avertántur retrórsus * et erubéscant, qui cógitant mihi mala.

Psalmus 69

Deus, in adiutorium meum inténde: * Dómine, ad adiuvándum me festína.

Confundántur et revereántur, * qui quærunt animam meam.

Avertántur retrórsus, et erubéscant, * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubes-

céntes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent et læténtur in te omnes qui quærunt te, * et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui diligit salutáre tuum.

Ego vero egénus, et pauper sum: * Deus, ádiuva me.

Adiutor meus, et liberátor meus es tu: * Dómine, ne moréris. †

Ant. Avertántur retrórsus et erubéscant, qui cógitant mihi mala.

Ant. 3 Deus meus, * éripe me de manu peccatóris.

Psalmus 70

In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: * in iustitia tua libera me, et éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * et salva me.

Esto mihi in Deum protectórem, et in locum munitum: * ut salvum me faciás.

Quóniam firmaméntum meum, * et refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccatóris, * et de manu contra legem agéntis et iniqui:

Quóniam tu es patientia mea, Dómine: * Dómine, spes mea a iuventúte mea.

In te confirmátus sum ex útero: * de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te cantatio mea semper: * tamquam prodígium factus sum multis: et tu adiutor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam: * tota die magnitúdinem tuam.

Ne proicias me in tēpore senectútis: * cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi: * et qui custodiébant animam meam, consílium fecerunt in unum,

Dicéntes: Deus dereliquit eum, persequimini, et comprehendite eum: * quia non est qui erípiat.

Deus, ne elongéris a me: * Deus meus, in auxiliúm meum respice.

Confundántur, et deficiant detrahéntes animæ meæ: * operiántur confusióne, et pudóre qui quærunt mala mihi. Ego autem semper sperábo: * et adiciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit iustitiam tuam: * tota die salutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, introibo in poténtias Dómini: * Dómine, memorábor iustitiæ tuæ solius.

† = signum commemorativum de omittendo Glória Patri.

Cum exárserit in brevi ira eius, * beáti omnes qui confidunt in eo.

In Adventu:

Ant. Confortáte manus dissolutas: confortámini, dicite: Ecce Deus noster véniet, et salvábit nos, allelúia.

Ant. 3 Gaudéte omnes, * et lætámini: ecce, quia véniet Dóminus ultiónis, addúcet retributiónem: ipse véniet, et salvábit nos.

Extra Adventum et tempus paschale:

Ant. Servíte Dómino in timóre: et exsultáte ei cum tremóre.

Ant. 3 Exsúrge, * Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Psalmus 3

Dómine, quid multiplicáti sunt qui tribulant me? * multi insúrgunt advérsum me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem, Dómine, suscep-tor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum: * et exsurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo mília pópuli

circumdántis me: * exsúrge, Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa: * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus: * et super pópulum tuum benedictio tua.

In Adventu:

Ant. Gaudéte omnes, et lætámini: ecce, quia véniet Dóminus ultiónis, addúcet retributiónem: ipse véniet, et salvábit nos.

Ant. 4 Gaude et lætáre, * filia Ierúsalem: ecce, Rex tuus véniet tibi: Sion, noli timére, quia cito véniet salus tua.

Extra Adventum et tempus paschale:

Ant. Exsúrge, Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Ant. 4 Quam admirábile * est nomen tuum, Dómine, in univérsa terra!

Psalmus 8

Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cælos. Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem

propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es eius? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum: * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecísti sub pedibus eius, * oves et boves univérsas: insuper et pécora campi.

Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

In Adventu:

Ant. Gaude et lætáre, filia Ierúsalem: ecce, Rex tuus véniet tibi: Sion, noli timére, quia cito véniet salus tua.

Ant. 5 Rex noster * advéniet Christus, quem Ioánes prædicávit Agnum esse ventúrum.

Extra Adventum et tempus paschale:

Ant. Quam admirábile est nomen tuum, Dómine, in univérsa terra!

Ant. 5 Sedísti super thronum, * qui iúdicas iustítiam.

Psalmus 9, i

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo: * narrábo ómnia mirabilia tua.

Lætábor et exsultábo in te: * psallam nómini tuo, Altíssime,

In converténdo inimícum meum retrórsurum: * infirmabúntur, et peribunt a fácie tua.

Quóniam fecísti iudícium meum et causam meam: * sedísti super thronum, qui iúdicas iustítiam.

Increpásti gentes, et périit impius: * nomen eórum delésti in ætérnum, et in sæculum sæculi.

Inimíci defecerunt frámeæ in finem: * et civitátes eórum destruxísti.

Périit memória eórum cum sónitu: * et Dóminus in ætérnum pérmanet.

Parávit in iudício thronum suum: * et ipse iudicábit orbem terræ in æquitáte, iudicábit pópulos in iustítia.

Et factus est Dóminus refúgium páuperi: * adiútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et sperent in te qui novérunt nomen tuum: * quóniam non dereliquísti quæréntes te, Dómine. – Gl.